



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. Quænam beneficia permutati possint cum aliis, vel non possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tempore, sed successivè saltem & ex intervallo. Quarta est ut fiat permutatio talis interveniente legitimâ auctoritate superioris Ecclesiastici, Episcopi v. g. illius, in cuius Diœcesi beneficium permutandum situm est, prout colligitur ex cap. *quasitum s. h. r.* & hinc quamvis illi, qui cogitant inter se beneficia sua permutare, inter se tractare, & convenire possint, de permutatione faciendâ, ac obligare se, quod velint stare conventionem inritâ, absolute tamen concludere hoc privatâ auctoritate non possunt, sed conditionalè tantùm, si placuerit superiori; ita ut si privatâ tantùm auctoritate permutationem faciant inter se, non tantùm irrita sit talis permutatio, sed amittant etiam sua beneficia, & per Iudicis sententiam illis privari debeant, prout decernitur in Cap. *cum olim 7. h. r.* Quinta conditio est, ut fiat ex iustâ causâ, quam Episcopus cognoscere, & de eâ judicare debet, in utilitatem scilicet Ecclesiæ, aut ipsorum permutantium (ne detur nimia permutandi licentia) & ut permutatio fiat requisito consensu eorum, qui jus eligendi, vel conferendi, vel præsentandi ad beneficium permutatum habent (ad præcavendum horum præjudicium) Et ut denique fiat publicatio permutationis in Ecclesiis permutatis juxta formam Constitutionis Gregorii 13. *Humano vix iudicio*: quæ tamen Bulla in nostris partibus recepta non videtur.

¶ * * ¶

§. IV.

Quanam beneficia permutari possint cum aliis, vel non possint.

Ordinariè omnia beneficia liberè permutari possunt, in quibus legitimè superioris (cùm eorum nihil distinguant, neque nos distingere debemus; & quod non est prohibitum, permissum censeri debet) etiam plura (compatibilia tamen) uno, & vicissim permutari possunt, permutari etiam inter se possunt inæqualia (sive inæqualia sint, quæ spirituales qualitates, sive inæquales sint, quoad temporales reditas) eorum possessionem nondum acceperint permutantes (modò jam acceperint in tali beneficio, & non tantum jus ad rem, vi factæ v. g. præsentationis tantum) etiam si manuale cum altero manuali permutetur) aut commendatum, modò sit tradita in perpetuam commendam, quæ vim tituli habet, aut si sit commenda tantum temporaria fiat coram eo permutatio, qui talia beneficia commendavit.

Sunt tamen aliqua etiam beneficia quæ permutari non possunt, quales sunt beneficia unita (ne sit præjudicium illi cui unio facta est) beneficia Sororum Pontifici reservata (quæ saltem communitatis permutari non possunt, sed non possunt ab illis conferri) beneficia litigiosa cum aliis non litigiosis (quæ pendente lite res litigiosa alienari non possunt) beneficia cum alio jure spirituali permutari

natis v. g. decimarum &c. cum in hac materia odiosa ultra verba, quae de permutatione beneficiorum tantum loquitur, extensio non sit facienda.

§. V.

An permutatio fieri possit beneficiorum, non obstantibus gratiis expectativis?

Reviter respondetur (cum ulterius examen vix usum habeat in nostris partibus, ubi gratia expectativa per Concordata sublatæ sunt) quod tales gratia expectativa se non extendant ad beneficia ex causa permutationis vacantia, & consequenter, non obstantibus gratiis expectativis, permutatio beneficiorum valida sit, prout statuitur in *Cap. licet in sexto h. t.* cum æquitas non patitur ad hæc ex causa permutationis vacantia beneficia, gratias expectativas extendere.

§. VI.

An res sive jus spirituale possit permutari pro re temporali, & è converso; item an res spiritualis pro re spirituali.

Resolutio primæ quæstionis ex titulo de Simonia haberi potest, & breviter hinc ad eam quæstionem respondetur, Negative, prout sumitur ex *Cap. exhibita 9. h. t.* & natura prohibita Simonia probat.

Ad secundam quæstionem respondetur, affirmative, ut ex dictis jam patet, & ex *Glossa in Can. quam pio V. pactio caus. prima q. 2.* ubi sola pactio inhonestæ, qua pretium temporale pro re spirituali offertur in permutatione rerum spiritualium excluditur.

TITVLVS XX.

DE FEUDIS.

§. I.

Quid sit Feudum & quotuplex.

Feudum rectè describitur, quod sit *benevola libera ac perpetua rei concessio, immobilis vel æquivalentis cum translatione utilis dominii, retentâ proprietate, sub onere fidelitatis. & obsequij personalis exhibendi: ita ut b Emphyteusim hoc potissimum distinguatur, quod Em-*
Compend. Pirhsing.

phyteusis fiat sub onere annui Canonis, seu pensionis solvendæ; Feudum verò, si propriè, & strictè feudum dictum sit, fiat sub onere fidelitatis & obsequij personalis à Vasallo, seu Feudatario, Domino directo Feudi, qui & senior vocatur, præstandi.

Dividitur autem feudum primò in feudum antiquum, quod ab uno ex ascendentibus, qui caput ac parens com-

Sss munis